

AESCHYLI AGAMEMNON.  
LIBER MANU ISAACI CASAUBONI  
EXARATUS.

(EX FAEHS. SYLL.)

v. 13. ἐπισκοτουμένην quidam legunt.

v. 14. φόβος γὰρ. Si construas γὰρ, sensus sive oratio erit semper suspensa nec habebit redditionem, erit ἀνανταπόδοτος; si relinquas, sensus erit perfectus. Est autem γὰρ stilus tragicus, multa n. tragici admittunt et immiscent carminibus suis vocabula, quae in aliis poëtis non inveneris. Vel potes legere ἄρ' per pleonasmum, ut saepe fit apud poëtas.

v. 18. συμφορὰ ex usu, ut *valetudo* apud Latinos, in malam partem accipitur, hic in bonam.

v. 14. παραστατεῖν. proprie vocabulum castrense.

v. 16. μιν ὕρεσθαι. intra dentes canere more eorum, qui sunt cogitabundi. minurire etiam de avibus dicitur.

v. 27. ἀνατέλλειν pr. de stellis, quae repente adscendunt supra horizontem. hic de Clytaemnestra e lecto exurgente.

v. 40. Hic chorus est admodum prolixus, nam senes convocati a Clytaemnestra inducuntur cantantes per vias, cum ad regiam ejus tenderent. Postea cum ad fores accessissent, tunc stantes cantarunt, quod est strophe et antistrophe, nam erat e regia majestate Clytaemnestrae, ut non statim admitterentur in domum, sed pauxillum ad fores exspectarent.

v. 50. ἄλγεσσι. Male. Casaub.

v. 65. διακναιομένης. vox poëtica.

v. 68. ὑποκλαίων minus quam δακρύων.

v. 73. ὑπολειφθέντες. Cum denotamus causam, quae dedit occasionem alicujus rei, utimur praepositione ὑπὸ, ut h. l. senectus est causa, quae occasionem dedit, quo minus senes irent ad bellum. Et possemus uti praepositione ὑπὸ hoc modo, λειφθέντες ὑπὸ τῆς παλαιᾶς σαρκός, ut dicitur λείπεται οὗτος ἐκείνου, il vaut bien moins que l'autre.